85. Chur, 1315 März 6.

Dompropst Rudolf von Montfort zu Chur bestätigt den Tausch zwischen dem Konvent von Churwalden und Heinrich von Frauenberg der zur Pfarrkirche erhobenen Kapelle zu Balzers gegen das Patronatsrecht von Felsberg.

Rvodolfus de Monteforti ecclesie Curiensis prepositus et Vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis Vniuersis presencium inspectoribus Salutem et sinceram in domino caritatem Noueritis quod nos litteras venerabilis patris dni nostri Syfridi dei gracia Episcopi Curiensis cuius vices gerimus sub vero ipsius Sigillo vna cum alys Sygillis quorum nomina in eisdem litteris continentur in nulla sui parte viciatas et sub vero stilo vidimus in hec verba.

Syfridus dei gracia Episcopus Curiensis etc. per omnia ut supra[1].

Nos igitur ea que circa premissa per prefatum dnm. nostrum Episcopum Curiensem cuius vices in spiritualibus et temporalibus gerimus rite racionabiliter et prouide ordinata et statuta sunt ac admissa approbantes auctoritate presencium in nomine dni. eadem iure quo melius possumus confirmamus Sigillum nostrum presentibus appendentes in maius robur et euidens testimonium omnium premissorum Datum et actum Curie anno domini M⁰. CCC. XV⁰. pridie Non. Marcy Jndictione .xiii.

Uebersetzung

Rudolf von Montfort, Propst der Kirche zu Chur und Generalvikar im Geistlichen wie im Weltlichen, entbietet allen, die das Gegenwärtige sehen Gruss und aufrichtige Liebe im Herrn. Wisset, dass der Brief des ehrwürdigen Vaters unseres Herrn Sifrid, von Gottes Gnaden Bischof von Chur, an dessen Stelle wir obwalten, mit seinem wahren Siegel und mit andern Siegeln, deren Namen in diesem Brief enthalten sind, in keinem seiner Teile beschädigt ist und dass wir ihn in seiner wahren Fassung mit folgendem Wortlaut gesehen haben (vidimus):

Syfrid von Gottes Gnaden Bischof von Chur usw. in allem wie oben[1].